



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1764**

**VD18 90118049**

§. 1. Academia Parisiensis & Bononiensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](#)



DISSERTATIO V.  
IN  
HISTORIAM  
ECCLESIASTICAM.

Divinæ Providentiæ ad conservan-  
dam sua in Ecclesia sanam do-  
ctrinam ultima per tempora serviit I.  
inter alia institutio Academiarum, fi-  
ve Universitatum, quæ titulo tam ma-  
gnifico non ante initium Sæculi XIII.  
donatæ sunt, quamvis aliquæ jam for-  
matæ propemodum essent sub simpli-  
ci scholarum nomine. Latinarum *Diss. 3. n. 21.*

Academia  
Parisiensis &  
Bononiensis.

*Hist. Ecclesiast. Tom. XX.* A suc-

succeſſionem usque ad finem ſæculi X. Dissertatione tertia indicavi. Remenſis tunc erat celeberrima, qualis per totum ſæculum ſequens permansit, & in Divo Brunone præcipuum ſuum habuit ornamentum. Eo referri poſſunt Roscelinus Compendiensis, ac illuſtres duo fratres Anſelmus & Radulphus Lauduneneses, quia in provincia Remenſi docebant litteras.

*Hift. Lib.  
LVII. n. 31.*

Schola Parifiensis a fine ſæculi X. inclaruit, ut legitur in Vita S. Abbonis Floriacensis, qui Muſis operam ibi navavit: & forſitan commoratio noſtrorum Regum, qui tunc Parifiis ſedem ſuam fixerant, ad attrahendos illuc egregios Magistros haud parum contulit. Hujus ſcholæ fama magnum cepit incrementum ineunte ſæculo XII. sub Guilielmo<sup>\*</sup> Campofio

*\* de Cham-  
peaux.*

ac diſcipulis ejus, qui juventutem ad Lib. LXVI. S. Victoris erudiebant. Eodem tempore delatus Lutetiam Petrus Abailardus humaniora & Philoſophiam Ariftotelicam tradendo ingen- tem in exiſtimationem venit: Albe- ricus

ricus quoque Remensis ibidem con-  
scendit cathedram , & dialecticos o-  
mnes nominis celebritate superavit,  
quamvis sectæ Nominalium, cuius au-  
thor Roscelinus fuerat, adhæreret.

Sed præcipuum scholæ Parisiensis *Lib. LXX.*  
lumen Petrus Lombardus Pontifex <sup>"n. 34."</sup>  
fuit, quem suus sententiarum Liber,  
circa dimidium sæculi XII compo-  
sus, tam clarum reddidit. Is tan-  
quam corpus Theologiæ perfectissi-  
mum, ut publice prælegeretur, ele-  
ctus est præ tot aliis ejusmodi col-  
lectionibus, quas sub idem tempus  
Hildebertus Archiepiscopus Turo-  
nensis, Cardinalis Robertus Pullus,  
Rupertus Abbas, & Hugo a S. Vi-  
ctore in lucem ediderant.

Sic inter eos, qui Canones colle- *Ibid. n. 28.*  
gerunt, orbi litterato nemo se proba-  
vit magis, quam Gratianus monachus,  
cujus opus eadem ætate Bononiæ  
in Italia exaratum illius scholæ fa-  
mam, jam per Legum Romanarum  
studia viginti abhinc annis renovata  
nobilem, auxisse videtur. Nam ve- *Lib. LXX.*  
risimile est, ejus rei causa Longo- <sup>"n. 18."</sup>

A 2 bardiam

bardiam e longinquo petitam fuisse  
exempli gratia inter alios ab Arnol-

*Spicil. tom. 2. p. 336.* do Pontifice Lexoviensi. Et anno

1220 Honorius Romanus Pontifex  
in diplomate quodam memorabat,  
Bononiam ob cultum Musarum per  
omnem terram celebrari laudibus.  
Notandum etiam, Magistrum Sen-  
tentiarum Novaria, & jam antea Lan-  
francum Archiepiscopum Cantua-  
riensem Ticino venisse: id quod in  
Longobardia successionem Theologo-  
rum æque ac Jurisperitorum nobis  
indicat. Et vero antiquissimæ duæ  
Academiæ, quas sciam, sunt Parisien-  
sis & Bononiensis: vocatæque sunt  
Universitates, ut constaret, eas com-  
plecti omnia, & in una eademque ur-  
be doceri quaslibet artes liberales,  
ac scientias, quas addiscendi cupidis  
diversa prius loca adeunda erant.

II.  
*Utilitas Aca-  
demiarum.*

Hæc institutio maximum Eccle-  
siæ emolumentum attulit. Docto-  
res optime gnari, certa in urbe oc-  
cupationem ac laborum mercedem  
se nacturos esse, veniebant ultiro do-  
micilium ibi collocaturi: litterarum  
studio-